

Der Rezeß eines Provinzialkapitels von Reims aus dem XII. Jahrhundert.

Von Dr. P. Paulus Volk O. S. B., Maria Laach.

Zur richtigen Bewertung der Provinzialkapitel ist es von Bedeutung, daß man Aktenstücke dieser Kapitel ihrem Wortlaut nach kennt. Aus ihnen läßt sich dann Geist und Wille der versammelten Äbte erschließen. Die ältesten Nachrichten über Provinzialkapitel haben sich aus der Kirchenprovinz Reims erhalten. Schon Joh. Mabillon hat auf diese Vereinigung der Äbte hingewiesen. Aber erst die wertvolle Arbeit von D. Ursmer Berlière, *Les chapitres généraux de l'ordre de S. Benoît avant le IV. concile de Latran (1215)*¹ hat Klarheit gebracht über das Ziel und den Zweck der Reims' Provinzialkapitel im 12. Jahrhundert. Es war das Verdienst von M. Molinier, daß er im Anhang zu seinem Werke „*Obituaires français au moyen-âge*“² zum ersten Male einen Rezeß dieser Provinzialkapitel veröffentlichte. Aber er erkannte ihn nicht als solchen, vielmehr sah er in ihm nur einen „acte d'association spirituelle et temporelle entre plusieurs abbayes de la province de Reims“, und doch war es weit mehr. Aus diesem Aktenstück läßt sich klar das Bestreben erkennen, das Offizium in seiner alten und ursprünglichen Gestalt wiederherzustellen und es von allen Wucherungen zu befreien, die besonders durch den Einfluß der Kluniazenser aufgetreten waren. Ebenso trug man Sorge zur Reinerhaltung der Disziplin.

Berlière erkannte den Wert dieses Rezesses und veröffentlichte ihn nochmals in der *Revue bénédictine* VIII (1891), 260—261³ nach Ms. lat. 2677 (saec. XII.), fol. 83^v der Pariser Nationalbibliothek. Der Rezeß ist aber noch in mehreren anderen Handschriften erhalten. In seinen *Documents inédits pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*⁴ kommt Berlière im Anhang zu seiner Arbeit „*Chapitres généraux des monastères bénédictins des provinces de Reims et de Sens (XIII.—XV. S.)*“⁵ nochmals auf diesen Rezeß zu sprechen und weist ihn überzeugend dem ersten Provinzialkapitel von Reims im Jahre 1131 zu und druckt seinen Wortlaut nochmals nach der Pariser Handschrift ab.

In der Hs. Nr. 540 (saec. XIII. ex.) aus Douai⁵, die der alten und berühmten Abtei Marchiennes entstammte, fand ich

¹ *Revue bénédictine* VIII (1891) 255 ff.

² Paris 1890, 288—289.

³ vgl. auch *Rev. bénéd.* XVIII (1901) 282—283.

⁴ Maredsous 1894, 58 ff.

⁵ *Catalogue générale des manuscrits des bibliothèques publiques des départements.* t. VI (Douai) Paris 1878, 341. Diese Handschrift enthält sehr wertvolle monastische Wohnheiten. Ich werde an anderer Stelle auf ihren Inhalt näher eingehen.

fol. 69 einen Rezeß, dessen Incipit mit dem von Berlière veröffentlichten übereinstimmt. Eine genaue Vergleichung ergab aber, daß der Text neben kleinen Varianten wertvolle und wichtige Zusätze brachte, die sich in dem bis jetzt überlieferten Text selbst als auch an seinem Schluß vorfinden. Es fehlt in der Hs. von Douai nur der Schlußabsatz „*Isti sunt abbates, qui hanc ordinaverunt societatem*“ mit den Namen der beteiligten Äbte.

Im folgenden wird der ganze Text geboten und in den Anmerkungen die Abweichungen verzeichnet, die sich von dem durch Berlière in den Documents inédits veröffentlichten Wortlaut ergeben. Durch Sperrdruck sind die Erweiterungen gekennzeichnet. Besondere Schwierigkeiten beim Lesen boten die 9 letzten Zeilen von fol. 69^{VA}, bei denen der Text, der zweispaltig geschrieben ist, teilweise so abgegriffen ist, daß kaum mehr ein Buchstabe zu erkennen war.

Es soll hier nicht entschieden werden, ob die Fassung der Pariser Hs. den vollständigen Wortlaut des Rezesses des Provinzialkapitels von 1131 wiedergibt, oder ob Douai die ursprüngliche Fassung bietet und Paris nur einen Auszug. Möglicherweise auch bringt Douai den Rezeß eines späteren Reimser Provinzialkapitels unter Wiederholung der Bestimmungen des Rezesses von 1131. Aber diese Lösung scheint wenig begründet zu sein, da sich in ihm kein Hinweis auf einen früheren Rezeß oder ein vorausgegangenes Kapitel findet, noch das Schriftstück den Eindruck einer zweiten Redaktion macht. Vielmehr liegt der Gedanke nahe, daß wir es hier mit der ersten Niederschrift sämtlicher Beschlüsse des Provinzialkapitels von 1131 zu tun haben, die auch rechtliche Elemente enthalten, die wir in der Pariser Fassung stark vermissen.

Fol. 69^{RB}: Hec est societas inter abbates Remis ordinata¹: ut pro fratribus defunctis, qui sunt de ista² societate³, in quatuor temporibus anni quatuor officia fiant in conuentu id est unoquoque tempore⁴ unum officium⁵ cum collecta: *Deus uenite largitor* et prebenda una in refectorio et ab unoquoque sacerdote tres misse per annum persoluantur, quando eis uisum fuerit.⁶ Alii non sacerdotes psalterium unum persoluant. Conuersi *Pater noster* centies quinquagies uel *Miserere mei deus*, et absolutio eorum in capitulo⁷ communiter in predictis terminis fiat.

Statutum⁸ est etiam inter eos capitulum de diligentia psallendi: ut morose et cum deuota distinctione regulares hore dicantur. Ut autem tempus ad hoc sufficiat, psalmi familiares

¹ constituta. ² illa. ³ quater in anno id est *add.* ⁴ anni quatuor-unoquoque tempore *om.* ⁵ Fiat in conuentu *add.* ⁶ cum eadem collecta *add.* ⁷ in capitulo *om.*

⁸ Institutum

aliquantum⁹ breuientur, scilicet ut post nocturnos¹⁰ quatuor familiares psalmi omnino remaneant et ad alias¹¹ horas omni die¹² duo tantum¹³ per singulas horas¹⁴ dicentur id est: *Deus in adiutorium* et *Voce mea*. Ante nocturnos quindecim tantum in¹⁵ omni tempore dicantur.

Abreuiatum est etiam, ut laudes omnium sanctorum cum nocturnis beate Marie dicantur eo ordine, quo dici solebant, premisso *Te Deum laudamus*, si XII lectiones fiunt, et versus: *Elegit eam deus et preelegit*. Pneumata¹⁶ omnium antiphonarum remaneant preter ultimarum.¹⁷ Ad suffragia sanctorum *Per Christum dominum* dicatur preter ad collectam sancti ipsius loci et ultimam.¹⁸

Ad laudes et ad vespers abbas dicat *Pater noster*.¹⁹ Quo finito subiungat ebdomadarius sacerdos²⁰: *Ego dixi domine*²¹ et finiat horam, nisi domnus abbas ut in maioribus festis reuestitus sit²² et per se eam finiri uoluerit. Euangelium post nocturnos²³, si presens fuerit²⁴, non reuestitus legat preter in²⁵ principalibus festis et de quibus ipse disposuerit in ecclesia sua, ut totus conuentus ad missam reuestiatur. In his etiam festiuitatibus²⁶ tantummodo feretur incensum ad uesperos et laudes²⁷ et ad inuitatorium reuestientur in aliis²⁸ minime nec²⁹ ad responsorium³⁰ uel alleluja seu tractum³¹ ad missam³² canendum. Ille tantummodo, qui chorum regit³³, reuestiatur.³⁴ Similiter in quatuor temporibus nec lectores nec cantores reuestiantur nisi tantum, qui chorum regit.³⁵ Pueri numquam sine conuentu reuestiantur, nisi ministrent altari.

Diuersitas festiuitatum, que solebat fieri in cappis uel in albis³⁶, ut duo uel tres uel³⁷ plures cantarent responsorium uel alleluja uel³⁸ tractum, obseruabitur, sed in froccis suis cantabant exceptis suprascriptis festis³⁹ sicut ad uesperos et matutinos.

Fol. 69^{VA}: Omni tempore non alie preces quam *Ego dixi domine* dicuntur. In quadragesima secundum usum generalem ecclesie II^a, IV^a et VI^a feria tractus: *Domine non secundum*; dominica et II^a feria ad horas beate Marie: *Ad dominum cum tribularer*, psalmi ad primam non nisi dominica mutantur.

Si in ciuitate vel castello, ubi sit abbatia, synodus aut conuentus aliquis aduenerit, ut secundum apostolum ecclesia non grauetur⁴⁰, abbates et mo-

⁹ aliquatenus ¹⁰ ex toto remaneant illi IIIIor qui dici solent, ad ceteras *add.*
¹¹ quatuor familiares — ad alias *om.* ¹² tempore ¹³ tantummodo. ¹⁴ per singulas horas *om.* ¹⁵ in *om.* ¹⁶ Neumata. ¹⁷ pr. ult. reman. ¹⁸ Ad suffragia — et ultimam *om.* ¹⁹ quamdiu in conuentu est *add.* ²⁰ preces *add.* ²¹ vel Oremus pro omni gradu *add.* ²² reuest. sit ut in maior. fest. ²³ in XII lectiones semper *add.* ²⁴ est. ²⁵ exceptis. ²⁶ festis. ²⁷ sacerdote induto et conuerso *add.* ²⁸ festis, cuiuscumque ordinis sint *add.* ²⁹ in dominicis nec in IIIor temporibus neque *add.* ³⁰ responsoria neque ad lectiones *add.* ³¹ ad tract. uel ad allel. ³² ad missam *om.* ³³ tenet. ³⁴ reuest. qui chor. tenet. ³⁵ similiter — regit *om.* ³⁶ in alb. uel in capp. ³⁷ aut. ³⁸ sive. ³⁹ exc. supra determinatis festis *steht nach* matutinos. ⁴⁰ I. Tim. 5, 16.

nachi, si uoluerint, competentius intrabunt monasterium, famulis uero et equis suis de suo foris prouidebunt.

Ut ab annuo conuentu abbatum nullus omnino se subtrahat excepta corporis infirmitate aut obedientia maioris uel perditione terre monasterii siue causa grandiori, que mutari non possit aut euitari.

Ut, si fieri potest, nunquam nisi in aliquo competenti monasterio conuentus ipse celebretur. In ipso conuentu nomina fratrum eodem anno defunctorum a singulis recitentur et generaliter in fine capituli cum psalmo L. absoluantur. Quotienscumque tricenarius in monasteriis nostris constituetur, commemoratio omnium fratrum defunctorum nostre societatis fiat. *Deus auribus* omnino remaneat in utraque missa. Nouenarium numerum collecte non excedat et offerenda a toto conuentu, nisi defunctus presens fuerit⁴¹, remaneat.

Si festiuitas⁴² in dominica euenerit, commemoratio semper de ipsa dominica fiat et collecta ad minorem missam. Prefationes tantum canonicè⁴³ dicantur.

Ieiunium secundum regulam sancti⁴⁴ Benedicti ab idibus septembris usque in pascha in omni die teneatur preter dominicam. A carnibus omnes abstineant iuxta edictum regule preter omnino debiles et egrotos. Abbates in cameris suis⁴⁵ absque necessitate congrua non comedant. Ad mensam eorum in suis locis silentium teneatur nisi congrua necessitas impenderit et cum⁴⁶ possibile fuerit, lectionem⁴⁷ habeant. In claustro uero a toto conuentu omni tempore⁴⁸ silentium⁴⁹ teneatur.

Liceat abbati, si necessitas uel ratio ingruerit, fratrem suum ad quemlibet horum⁵⁰ abbatum mittere, tantum ei in uestitu prouideat. Si uero paupertas exegerit, abbas, ad quem frater ille missus fuerit, uestitum ei prebeat, et quamdiu ibi moratus fuerit, capitulum habeat.

Euangelium nocte legatur super analogium sine stola nisi in duplicibus festis.

Repetitiones autem antiphonarum super *Magnificat* et *Benedictus* et repetitiones duodecimi responsorii remaneant.

Feriales processiones quarte et sexte ferie remaneant preter in capite ieiunii. Abbates cum prioribus in omni processione ordinem suum teneant, uidelicet ut iuniores precedant et isti subsequantur.

Prima numquam in nocte cantetur. In solo sancto sabbato ignis cum processione benedicatur et in illa

⁴¹ nisi def. pres. fuerit *om.* ⁴² festus. ⁴³ canon. tant. ⁴⁴ beati. ⁴⁵ suis *om.*
⁴⁶ eis. ⁴⁷ lectiones. ⁴⁸ omni temp. *om.* ⁴⁹ sil. a toto conv. ten. ⁵⁰ horum *om.*

iste precedat. Dominicales collecte per totam ebdomadam nisi ad matutinos cum responsorio dicantur ad uesperos et laudes. In completorio *Miserere mei deus* solum dicatur et completorium sancte Marie non sequatur cum his Ps. *In te domine speravi, Fundamenta, Laudate dominum omnes gentes.* In laudibus omnium sanctorum ad *Benedictus* Ant. *Saluator mundi* dicatur diebus dominicis, et a pascha usque ad pentecosten in conuentu genua non Fol. 69^{VB}: flectantur. Numquam de collatione eat in refectorium nisi in cena Domini. Abbas aliam lectionem non legat preter euangelium, duodecimum responsorium in duplicibus festis ad gradum cum sociis suis cantet. In eundo et redeundo fratres ei non assurgant.

Abbates sine congrua necessitate non comedant in cameris et qui cum eis comedunt, ideo a conuentu non excludantur. Silentium in omnibus locis teneatur ab omnibus ad mensam, nisi aliqua necessitas interuenerit. A plumis preter capitale omnes abstineant. De hospitibus et infirmis in arbitrio sit prioris.

Si inter abbates huius societatis aliqua controuersia orta fuerit, ad iudicium fratrum referetur prius, quotquot haberi poterunt. Porro si per eos terminari non poterit causa, tunc primum deferatur, quo deferenda est.

Quotiescumque in conuentu celebrabuntur misse de sancta Trinitate, de sancta cruce, de sancta Maria, dicantur prefationes ad ipsas missas pertinentes.

In diebus precipui ieiunii mandatum trium pauperum agatur, antequam fratres ad mensam sedeant.

Dirigendi fratres in uiam accipiant benedictionem ad laudes, etiam si prima mox subsequatur.

In estate, si fratres ieiunant, post mensam meridianam agant et ipso die secundum consuetudinem mane surgant.

Von einer etwas späteren Hand wurde noch hinzugefügt: Inter ipsos etiam et abbates premonstratensis ordinis statutum est, ut pro fratribus utriusque ordinis defunctis premissa absolutione in capitulo officium unum semel in anno festiuitate uidelicet beati Crisogoni martyris cum pulsatione signorum et prebenda in refectorio et collecta: *Deus uenie largitor* alterutrum in conuentu fiat et unusquisque sacerdos missam unam ipsa die uel quando placuerit ei, persoluat.